

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242040-p0001-8

Sammelband von Diss




U.q.19,5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242040-p0002-4

DISPVTATIONVM PROCESSVS IVDICIARII

NONA [redacted]:

# DE EXPENSIS FRVCTIBVS ET INTERESSE.

QVAM

*Ex Iure Civ. Cano. Feudal. Saxo. Ordin. Cam. Imp. ac optimis quibusq́ Practicis deſumptam,*

ET

Divini Numinis aurâ clementer aſpirante,

SVB PATROCINIO

*Nobiliſsimi, Ampliſsimi viri,*

Dn. ARNOLDI DE REYGER IC. CELEBERRIMI, ET IN FLORENTISſimâ Salanâ P. P. P.

*Publicè à ſe propoſitam, defendere adnitetur*

PAVLVS RICHELMIVS GOTTINGENSIS SAXO.

IENÆ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.

ANNO cIↄ Iↄ XCV.

51

REVERENDISSIMO,
*Illuſtriſsimo & potentiſsimo Princi-
pi ac Domino,*

DOMINO HENRICO
IVLIO, EPISCOPO HALBER-
STADENSI, DVCI BRVNSVICENSI ET
Lunæburgenſi, Domino ſuo Cle-
mentiſsimo,

*Hanc ſuam Diſputationem,*

Debitæ ſubiectionis & gratitudi-
nis ergò DD.

*Reſpondens.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242040-p0004-5

# DISPVTATIO PROCESSVS IVDICIARII Octava:

## DE EXPENSIS, FRVCTIBVS, ET INTERESSE.

### CONTINVATIO.

DE re judicatâ, ejus executione & ſententia, diſputatione ſuperiori tractatum ſatis dilucidè; Enimverò cum Iudex in pronunciando, non tantum rei principalis, verum etiam expenſarum, fructuum, & intereſſe, rationem habere debeat *a*, meritò de ſingulis hac vice diſſeritur.

a *Cuiat. ad tit. C. de fructib. & lit. expenſ. ibidem in Aurea ſummâ Azo. Nam expenſis ſolvendis ſine iuſtâ cauſsâ litigantes aut delinquentes plecti refert, taxatione Iudici reſervata, ut malitiis hominum obvietur, Auth. offeratur C. de lit. conteſt. Nov. 53. §. ſancimus Novell. 82. §. ne autem. tot. tit. C. de ſport. & ſumpt. tit. C. de ſuffrag. § hæc autem. I. de pœn. tem. litig. l. omnes C. de Epiſc. & Cler.*

### POSITIO I.

ITAQVE QVOD AD EXPENSAS ATtinet, in genere non definientur incommodè; Quicquid in rem alienam & litem, neceſsitate, utilitate, aut voluntate propria ſuadente, erogatum & diſpoſitum, nec inelegantius De Expenſis.

quia fiant in vel extra iudicium, in Iudiciales & extraiudiciales diſtribuentur.

II.

De Iudicialibus *a*, omnium iure communi *b* recepta calculo regula eſt *c*, & ab Adſeſſoribus ſupremæ Curiæ approbata *d*, Victum victori in expenſas condemnandum eſſe *e*.

a *Intellige quæ in iudicio litis perſequendæ gratia erogantur à litigantibus.* b *A quo hac in parte receſſit Ius Saxonicum, Nam de hoc Iure,* Spricht ein Man ein Gut an / vnnd klagt darauff vnd wird mit Recht dauon geweiſet / wo er ſich des Guets nicht ſelber vnterwunden / ſo bleibet er ohn Buß / vnd ohn Wandel / *ſecus* Wo er ſich des Guets ſelber vnterwunden / Landrecht. *lib. 2. Artic. 53. ut notat Auctor different. Iuris Civilis & Saxonici parte 4. different. 42. fol. mihi 435. in edit. noviori.* c *Dd. communiter etiam Sichard. in l. properandum 13. §. ſive autem alterutra 6. n. 3. C. de Iud. gloſſ. & Dd. in C. finem litibus X de dolo & contumacia. Konig. in proceſſu* Von den Expenſen des Gerichts in der erſten inſtantien, *cap. 132. Cuiat. in par. C. de fructib. & lit. expenſ. Goed. in l. ſponſio. 7. n. 9. de V. S.* d *Gail. 1. obſ. 152. n. 1.* e *textus eſt in d. l. properandum §. ſive autem alterutra C. de Iud. d. c. finem litibus X de dolo & contumacia l. 4. Cod. de fruct. & lit. expenſ. l. 42. de R. I. Iohan. Baptiſta* Schwartzenthaler *c. 8. Si tamen Victus, ut hoc obiter inſpergamus*, Prorſus temerarius litigator fuit. tunc non tantum dicto modo puniendus eſt, ſed & tam ordinaria; (50. videlicet librarum auri) l. ab executione C. quor. appell. non recipiuntur gloſſ. ibidem in verbo mulctandos, quàm extraordinaria, (nota infamiæ & amiſsionis cauſæ) afficiendus. l. à proconſulibus C. de appellationibus Maranta parte 6. de Appellation. nu. 336. Hodiè, in Camera præſertim, pro magnitudine cauſſæ & qualitate perſonæ eſt arbitraria: ac interdum, non modo temerarius litigator, ſupra ſumptus litis, ſed & Iudex inferior ob reſupinam proceſſus nullitatem & iniquitatem in marcas aliquot auri puri vel argenti Fiſco condemnatur. *Gail. d. lib. 1. obſ. 152. ſub fin.*

Eaq;

III.

Eaque procedit ampliando, non ſolum in cauſſa civili, ſed etiam criminali *a*; ſive procedatur per viam accuſationis, ſive denunciationis aut inquiſitionis *b*.

a *Textus eſt in l. qui crimen C. qui accuſare non poſſunt & d. l. 13. §. 6. C. de Iud. ibidem Sichard. n. 5. & Iaſon n. 21. & ſeqq. Gail. d. obſ. num. 1. Althus. lib. 2. Iuriſpr. Roman. c. 33. Diſſ. Fachineus lib. 1. c. 42. controv. Iur.* b *His enim duobus modis exequi Iudicia criminalia notarunt Damhud. in prax. crimin. c. 3. num. 1. cum ſeqq. Clarus 5. ſentent. §. final. quæſt. 3. n. 1.* Vbi teſtatur, neque in toto jure civili, neq; Canonico, neq; in Practica, neq; conſuetudine, alium modum procedendi obſervatum reperiri.

IV.

Nec tantum ſi coràm Iudice ordinario agatur, ſed & ſi coràm Arbitris *a*. Et ſive apertè quis victus, ſive quod liti renunciaverit, propter cauſſæ deſperationem *b*.

a *arg. l. 1. D de Arbit. & l. 14. C. de Iudic.* b *Sichard. d. loco num. 6. & in l. poſteaquam liti C. de pactis ibidem BL.*

V.

Illud quæſtionis eſt hoc in loco nec vulgaris nec inutilis: Num in cauſsis Appellationum, quando ſcilicet Appellatus ſuccumbit in ſecunda Inſtantia, pronunciante Iudice Appellationis. Das durch Richter voriger Inſtantz vbel geurtheilet vnd wol davon appelliret ſey / expenſarum fieri debeat condemnatio? Equidem quoad Appellantem omni id dubio caret *a* in appellato benignior & magis communis exiſtimatur opinio *b*, ut diſtinguatur An ex iiſdem cauſsis in cauſſa Appellationis ſuccubuerit num ex probationibus noviter, (beneficio l. per hanc C. de tempor. & repar. appell.) deductis. Caſu priori condemnandum tradiderunt & rectè *c*, poſteriori earundem compenſationem ineundam adfirmarunt *d*.

a *textus in c. ſæpè §. final. c. ut debitis de Appellat.. l. Eos §. ne temerè C. d. tit. BL. & Dd. communiter in d. l. 13. C. de iud. quos*

*ibi ſequitur Sichardus num. 15. Chilian. Konig. in proceſſ.* Von den Expenſen in der Appellation ſachen/ *c. 131.* b *Gail. d. lib. 1. obſ. 152. num. 4. Sichard. d. l. & n.* c *Gail. d lo. nu. 5.* d *Dd. in l. generaliter §. ſed iuramento §. ſi Iudex C. de reb. creditis Hartman. ab Eppingen in practic. obſervat. tit. de ſentent. obſ. 7. Fachineus c. 41. lib. 2. controv. Iur. Diſſentiunt plures quos refert Bald. in d. l. gener. num. 8.*

VI.

Victus porrò adeò in expenſas condemnandus eſt, ut Iudex earum rationem omittens, de ſuo reſarcire cogatur *a*, eoq; victori in victum nomine nulla nec actio *b*, nec jus appellandi datur *c*, utiq; ſi petitus expenſarum nullam condemnationem fecerit *d*.

a *d. l. properandum 13. §. 6. & ibidem Sichard. n. 13. C. de iud. Cuiat. in parat. C. de fructib. & lit. expenſ.* b *l. 3. C. d. t. Gail. 1. lib. obſ. 151. num. 21. Goed. in l. 7. nu. 11. de V. S.* c *l. ult. Cod. quando provocare non eſt neceſſe Diſſent. Althuſ. allegat. cap. 33.* d *Sich. & Gail. dd. locis Konig. d. c. 132. n. 3.*

VII.

Petuntur autem in libello principali *a*, ſi videlicet libello ſint adiectæ clauſulæ ſalutares: *Peto mihi ius & iuſtitiam adminiſtrari omni meliori modo* & ſimilibus *b*.

a *Obtinuit namq; ut nulla ſpeciali actione peti poſſit expenſarum ſolutio, cum actione iudicati unà cum re principali veniat exigenda, arg. l. 3. 4. C de fructib. & lit. expenſ. vide theſin præcedent. lit. B.* b Quia tunc pars cenſetur Iudicis imploraſſe officium, non tantum ſuper principali, ſed etiam ſuper acceſſoris. *Mynſ. cent. 2. obſ. 22.*

VIII.

Sed quid ſi Iudicis hac in re officium non petitum aut poſtulatum ſit, an nihilominus illud impertiri debeat, adeò, ut ſi negligat impenſarum condemnationem eaſdem refundere cogatur, in controverſiam venit? Certè non ad hoc requiſitus, victum in expenſas condemnare poteſt *a*, quod & Camera recepit *b*, ad id tamen, ut faciat, cogitur nequaquam, ideoque nec eas prætereiens reſarcire tenetur *c*. utut hoc poſtremo caſu,

pars

pars quæ petitionem expenſarum omiſit, totá die & præſertim Iudice adhuc pro tribunali ſedente, petens expenſas audiatur, & cogatur Iudex ſententiam ſuam quaſi non plenam ſupplere *d*.

a *arg. l. ædiles 25. §. item ſciendum de ædil. edict. Bald. & Sich. in d. l. 13. ſive a. n. 18.* b *uti teſtatur Gail. d. lib. 1. obſ. 151. n. 21.* c *Bart. & Sich. d. l. nu. 18. ubi eandem in praxi ſervari aſſerit. Diſſent. Salicet. in d. l. 13. §. Sive autem quam veriorem in puncto iuris arbitratur. Sichard. d. lo. & n.* d *per tex. l. Paulus de re iud. & ibi Gothofr. Sichard. d. l. n. 19. Marant. part. 6. tit. de libell. oblat. nu. 12. Gail. d. obſ. n. 22. ubi tamen id in Camera ſervari negat Goedd. in l. 7. n. 11. de V. S.*

## IX.

Hactenus autem de expenſarum condemnatione dicta pluribus, de neceſſariis tamen factis circa litis inſtructionem, & cauſſæ proſecutionem, intelligenda erunt *a*; quarum cognoſcendarum, differentia quadruplex reperta *a*, ut quæ fiunt in judicio, ad inſtruendum proceſſum: Quo pertinent, quæ Advocatis procuratoribus, notariis & nunciis in Cancellaria exhibentur.

a *text. eſt in c. cum veniſſent X de eo, qui mittitur in bon. poſſeſſ. § oportet, Nov. de iud. d. l. properandum §. ex geſtu. C. de iudic. Gail. cum pluribus d. lib. 1. obſ. 151. num. 1.* b *Cuiac. implicitè in tit. C. de fruct. & lit. expens.* c *Gail. præd. lo. n. 2. & 3.*

## X.

Item quæ pro teſtium examine *a*: Sportulæ quæ dantur judicibus *b*, delegatis *c*, & executoribus ipſis neceſſariò erogandæ ſunt *d*. Eſt autem ex ambiguis ambiguum, num Advocatus vel Procurator, litigans in cauſa propria, cui Adverſarius eſt condemnandus in expenſas, honorarii loco, pro opera navata, quantum alii ſolvere debuiſſet, exigere poſſit? Cuius negativa Cameralibus *e*, niſi per modum damni & intereſſe petat, verior viſa fuit, & meritò *f*.

a *l. eos §. ſi quid autem. C. de appell. c. cum pro cauſa de procur. Gail. d. l. num. 5. Cuiac. in parat. C. de fruct. & lit. expenſ. & de ſport.* b Leg oder Gerichtgelt, *l. 13. §. ne autem, C. de iud.* c *vide*

Schwartz-

Schwartzenthaler *citat. loco num.* 3. *Gail. d. lib.* 1. *obſ.* 151. *nu.* 6. 7. 8. 9. 10. d *tot. tit. C. de ſportul. & ſumpt. in diverſ. iud. fact.* e *Gail. poſt Speculat. in tit. de expenſ. §. poſt &c. n.* 8. *in ſæpè alleg. obs.* 151. *nu.* 16. *ubi eand. æquiorem dicit & benigniorem. Diſſ. Bart. in l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ.* f *Gail. d. l. n.* 17.

XI.

Veruntamen probantur juramento victoris ſolo *a* quod à Iudice delatum *b*, præcedente eius taxatione ſequitur *c*: quæ taxatio, cum ad neceſſarias tantum ſe referat, non delicatas & voluntarias *d*, deciſum eſt communiter, & à camera ſervatum, taxationem eiuſdem ad arrharum dationem liberaliter à clientibus in procuratores in initio litis conſtitutam, quam in definitiva, in ſchedula expenſarum referunt, neutiquam pertinere *e*.

a *d. l. properand. §. ſive autem alterutra ibi iuraverit ubi Sich. num.* 16. *C. de iud. gl. in l. un. C. de ſumpt. recup. lib.* 10. *Geil.* 2. *lib. obſ.* 162. *num.* 11. *vide text. etiam gl. in c. cum olim. verb. iuraveras de privil.* b *c. fin. X de his quæ vi metusve cauſſa &c.* in qua ſumma in Cam. deferatur hoc iuramentum, notavit Gail. d. lib. 1. obſ. 151. nu. 12. c *Sich. & Gail. dd. locis. Auth. poſt iuſiurandum C. de iud. Novell.* 82. *c. oportet vid.* Schwartzenthaler *d. loc. num.* 3. d *l. inter quos §. fin. cum l. ſeq. de damn. infecto l. ſi ſervus in f. de pignor. act.* e *Gail. lib.* 1. *obſ.* 151. *nu.* 1. *Vult. lib.* 2. *iurisp. Rom. c.* 33.

XII.

Sanè, ſi victus cauſam litigandi iuſtam exercuiſſet, ab omnib. traditum eſt, regulā illam officium ſuum perdere, & compenſationem expenſarum inſtituendam eſſe *a*, quid ſi partim juſtam, partim iniuſtam? Baldo & Bartol. placuit, ut quatenus iuſtam foveret cauſam, eatenus victus abſolveretur; quatenus iniuſtam, condemnaretur *b*.

a *l. qui ſolidum* 78. *§. etiam* 2. *de legat.* 2. *& ibid. gl. in verb. litis Nov.* 82. *§. oportet. Dd. communiter in ſæpiſſ. alleg. l.* 13. *n.* 6. *C. de iud. Geil. lib.* 1. *obſ.* 152. *n.* 3. *Goedd. in d. l.* 7. *num.* 9. *de V. S.* b

Bart.

*Bart.in l.ſi quis inficiatus D.depoſiti Bl.in d.l.13.§.6 C.de Iud. Andreas Fachineus lib.1.c.41.controv.iur.* b *quorum ſententiam ceu veriorem & retinendam in iudicio ſequitur Sich.in d.lo.& nu Diſſ. Decius in l.qui alterius de R.I.*

XIII.

Litigandi verò cauſæ iuſtæ, arbitrio Iudicis licet commiſſæ, nec certa regula ſint comprehenſæ *a*: is tamen habere putatur, qui alicuius Doctoris approbati pro ſe opinionem habet, aut imperitus juris conſilia ICtorum Clariſsimorum ad minus duorum ſigillata & ſubſcripta, litigans famæ tuendæ, dignitatis gratia, quique dicentes viros honeſtos de cauſæ ſuæ bonitate audivit *b* An autem Iudex, qui ab expenſis abſolvit, iuſtam cauſſam, ob quam id fecit, exprimere debeat, controverſum reperimus? Et ad id obligatum, niſi litem ſuam facere velit communiter creditum eſt *c*, quanquam Camera obſervet contrarium *d*.

a *Sichard.in d.§.ſive autem.n.7.* b *Sicha.d.l.nu.8.9.10.13.Gail.lib.1.obſ.152.n.6.Althuſ.lib.2.Iuriſp.Rom.c.33.* c *per tex.d.§.oportet Nov.82.Bald.in Auth.novo Iure C. de iud. Specul. in tit.de expenſ.§.poſt.in pr.&c.* d *Gail.lib.1.obſ.151.n.23.*

XIV.

Et hoc eſt officium Iudicis in expenſis iudicialibus, quarum in definitiva (ut diximus) rationem habere debet. Sunt & aliæ expenſæ, quas vulgò retardati proceſſus vocant, de quibus aliam regulam Panormitanus conſtituit; ut deficiens in probatione dilatoriæ peremptoriæ vel alterius cuiuſq; exceptionis, quæ tamen negotii principalis merita haud concernat, non exſpectata definitiva ſententia in expenſis condemnetur, niſi legitima cauſa excuſationem inveniat, aut ſtylus Curiæ ad finem reſervet.

*Panorm.in C finem litibus extra de dolo & contumacia fuſiſſimè n.11.BR.in l.non ignorat. C.de fructibus & lit.expenſ.BL. in l.generaliter n.4.de reb.cred.Felinus in C.ſignificantibus N.15.de libel. oblat.* Et hæ expenſæ tunc peti poſſunt, & locum habent, quando quis dolo malo, item imperitia vel negli-

gentia aliqua, & calumnia potius, finem litis impedit. Et eo caſu ratio earum tantum habenda, quæ fiunt ſuper articulo retardante proceſſum, nec extenſio ulterius admittitur, idque in taxatione diligenter obſervandum probamus. *dd. ll. vide* Die Kayſerliche Cammergerichts ordnung. *Tit.* 50. *part* 3 §. Vnd wo ſolches aus freſſentlichen auszügen. *&c.* De expenſis quæ debentur ratione contumaciæ quid ſentiendum proponit Gailius *d. lib.* 1. *obs.* 151. *nu.* 14. & alias de illis 5 diſp. 2. actum fuit.

XV.

Extraiudiciales *a*, impenſæ triplices ſunt; Neceſſariæ, utiles & voluptuariæ *b*.

a *Sunt quæ extra iudicium à creditor. b. f. poſſeſſ. & uſufructuariis eroganiur, quarum in rem alienam factarum utilis quæſtio eſt & quotidiana Ant. Faber* 2. *coniect.* 1. b *l. impenſæ* 79. *de V. S. ibidem Goed. num.* 1. *l.* 1. 5. 7. 9. *de impenſ. in res dotales factis.*

XVI.

Neceſſariæ ſunt quibus non factis, res aut peritura aut deterior futura fuiſſet *a*. Sic dictæ, quod in ſe neceſsitatem impendendi habeant *b*, utiles, quibus res in quas conferuntur redduntur meliores, fertiliores, fructuoſiores *c*. Voluptuariæ quæ ſpecies exornant, nec rem omiſſæ deteriorem, aut factæ utiliorem efficiunt *d*.

a *d. l.* 79. *& ibidem Goed. n.* 2. *Alc. n.* 1. *l.* 5. 6. 7. *ff. qui potiores in pig. habeantur Nov* 79. §. *his conſequens l.* 14. *de impenſ. in res dot. factis l.* 38. *de petit. hered. Caſtrenſis in l. Dominus horreorum* 55. §. 1. *locati Schneid. in* §. *Actionum in Act. ex conduct. nu.* 13 *Konig. in proceſſu* Von den Expenſen bey den Güetern *c.* 134. b *l.* 1. §. 1. *de impenſis in res dot. f.* c *d. l.* 79 §. 1. *in qua alteram illam negationem non eſſe delendam putamus Diſſ. Brech. hic l.* 5. §. 1 *& tot. tit. de impenſ. &c. Schneid. d. loco num.* 14. d *d. l.* 79. *de V. S. & ibi Goed. in* §. *final n.* 1. *Schneid. alleg. loco n.* 12.

XVII.

Ad primum genus referunt refectionem ædium, vetuſtate laborantium & ruinam minantium *a*, armaturam navis, cibaria neceſſaria *b*, arborum curam, vitium propagationem, ſeminaria *c*, eaque omnia

quæ

quæ ex regionis conſuetudine nequeunt omitti *d*. Ad ſecundum, paſtinationem ultrà quam neceſſe erat factam *e*, doctrinam puerorum hoc eſt ſervorum *f*, piſtrina & horrea, quoties ob maiorem Inſulæ commoditatem extruuntur *g*, in prædia pecorum impoſitionem, ſtercorationem *h*, Ad tertium & ultimum, viridia ſeu viridiaria, ſalientes aquas, incruſtationes, picturas *i*.

a *l. 1. l. 5. qui potiores in pig. habeantur. l. 39. utiles de petit. hered.* b *l. 2. §. itidem agitatum ad l. Rhod. de iactu. l. unic. §. ſed nec ob impenſ. C. de rei uxor. Act.* c *§. ſed ſi gregis Inſt. de rer. diviſ.* d *arg. l. 8. quod metus cauſſa. l. ſi. furti l. ſi improbum C. ex quib. cau. inf. irrog. Alciat. in d. l. 79. n. 1. quem ibidem probat Goed. nu. 4.* e *d. l. 79. n. 3. & ibi Alc. n. 4.* f *l. pueri de V. S. d. l. unic. C. de R. V. A. § ſed nec &c.* g *Goed. d. loco n. 3. & 4.* h *l. impenſæ §. utiles de impens.* i *d. l. 79. §. ult. de V. S. & ibidem Goed. n. 4. ubi quid viridia quid ſalientes aquæ, & incruſtationes ſint, eleganter explicat.*

XVIII.

Neceſſariæ, ut uſum videamus, deducuntur & repetuntur ſemper, nulla bonæ vel malæ fidei poſſeſſorum, *a*, aut prædonum habita differentia *b*, modo factæ perpetuæ vtilitatis non præſentis temporis, fructuum ſolummodo colligendorum gratia *c*, magnæ præterea ſint non modicæ *d*. Et vel retentione oppoſita doli mali exceptione, vel officio Iudicis *e*, ſeu denique petitione *f*.

a *l. ſi neceſſarias ibid. Bart. de pigner act. l. fructus al. divortium §. impendia ſol. matrim. l. domum 5. C. de R. V. l. in reb. § poſſunt commod. tot. tit. D. de impenſ. Hartm. Piſtor. tom 2. quæſt. feud. c. 42. n. 2. VVeſ. in §. certè. Inſt. de rer. diviſ. per illum tex. Cuiac. lib. 10. obſ. c. 1. Faber. 2. coniect. c. 1. Gail. lib. 2. obſerv. 146. Eaq; deciſio omnibus arriſit, teſte Menoch. de A A. II. qq. caſ. 215. nu. 4. & ſeqq.* b *l. 36. §. fin. de petit. her. Piſtor. d. l. n. 24. 27. 28. d. l. 5. C. de R. V. Fachineus lib. 1. controverſ. iur. c. 54. exceptis caſibus l. ult. C. de nego. geſt. l. plane & l. ſi à non domino &c. de petit. hered. Myns in §. certe n. 5. Inſt. de rer. diviſ.* c *l. 3. §. 1. & ibi Gothofr. de impenſ. l. ſi ſumptum de pet. her.* d *l. omninò de impenſ. in res dot.* e *l. in fundo*

*38.l.ſumptus 48.de R.V. l. bona fide de noxal.act. f hoc eſt negociorum geſtorum utili actione, ſine diſtinctione bonæ & malæ fid. poſſeſſoris l.6.§.ſed ſi quis de neg.geſt.l.utilium de impenſ.l.fin.C.de neg.geſt.d.l.5.C. de rei vind. Et in hac quoq; ſententia fuit Martin. gloſſogr. Piſtor.d.l.n.8.Diſſ.Ioan.& Burgar.in l.33.de condict.indeb.per illum tex.*

XIX.

Vtiles quoq; deducuntur, quoties cum fructibus non poſſunt compenſari *a*, ſive generali, ſive ſpeciali actione agatur *b*, Verùm an in hoc art.facienda ſit bonæ & malæ fidei poſſeſſoris diſtinctio, tàm involutum dubium eſt, ut non niſi gladio Alexandrino, ceu nodus Gordius diſſolvi poſſe videatur? Tutius exiſtimamus, diſtringentium opinionem probare, videlicet bonæ fidei poſſeſſorem eaſdem deducere, non malæfidei poſſeſſorem; ſed tollere, caſu tamen, quo ſine rei læſione queat *c*.

a *l.38.cum l.ſeq.de pet.hered.l.29.§. pen. de pignor. l. in fundo l.ſumptus de R.V.l.8.de impenſ.Goed in d.l.79.num.6.in pr. H.Piſtor d.l.n.23.* b *d.l.5.2.C.de rei vind.l.39.38.ff.eod.Faber 2.coniect.1.Diſſ.Donell.4.comment.c.33 Accurſ.& vulgo Dd.* c *l.48.de R.V.l.Iulian.37.eod.§.certe Inſt.de rer.diviſ.Don. d. l. in f.Goed.in l.79.n.7.§.1.Broncho.aſſert.26.cent.2. ἐναντιοφαν.Fachineus lib.1. C.55.controv. Iuris Diſſent.cum Martino, Molin. in conſue.Pariſ.& Gothofr.ad l.38.de pet.her.Alciat.in l.79.n.5. Myns.in ſæpè alleg.§.certe.nu.7.*

XX.

At verò tolli non poſſunt, aut tolli poſſunt; ſed dominus, ut auferantur patientiam non vult præbere? Aequũ eſt, ut tantum ſi poteſt, præſtare condemnetur, quantum his rebus ſublatis poſſeſſor eſſet habiturus.

*l.38.§.conſtituimus de rei vind.text.eſt in 2 feud.lib.tit.28. § ſi vaſall.H.Piſtor.in d.quæſt.n 4. Faber.d.l.*

XXI.

Voluptuarias neq; maritus, neq; ullus alius bonæ fidei poſſeſſor repetit. Tollere tamen eaſdem & abradere, ſi ſine rei detrimento hoc fieri poſsit, ſibi permittitur. Et

ſi ab-

ſi ablationem tolerare Dominus nollet, parata demum exceptio eſſet & exactio *a*. Quod ſi tolli ſalva rei ſubſtantia vel radi non poſsint, pro amiſsis habentur *b*. Malæfidei poſſeſſor eas amittit indiſtinctè & donaſſe cenſetur *c*.

a *l. utiles 39. §. videamus de pet. her. l. voluptuar. l. ſeq. l. 10. de impenſ. d. l. fundus 38. vers. conſtituimus. de rei vind. l. 3. §. 4. de in rem vers. H. Piſt. d. quæſt. n. 26. Cuiac. lib. 9. obſ. 38. Goed. in d. l. 79. §. fi. n. 2.* b *d. l. cum in fundo 38. in verb. Picturas corradere. de R. V. d. l. pro volupt. Caſtrens. conſ. 270. n. 3. lib. 2. Diſſ. cum Alc. in d. l. 79. nu. 9. gl. & Bart. in l. 38. de pet. her. Piſtor. d. l & n. per d. text.* c *l. 7. §. ex diverſo, §. certè. de acquir. rer. dom. l. 39 de pet. her. §. certè Inſt. de rer. div. & l. 37. de R. V. Goed. in d. l. 79 §. fi. Diſſ. Alc. in ſæpiſ. alleg. l. 79. nu. 9. Myns. in d. §. certè, Cuiac. lib. 10. obſ. c. 1. Faber d. l. dum malæ fidei poſſeſſori poteſtatem tribuunt tollendarum earum, quæ ſine rei detrimento tolli poſſunt: quorum opinio abunde per th. 19. refutatur.*

XXII.

Et tantum de extraiudicialibus impenſis, de quibus eò propter hîc egiſſe præſtat, ut iudicio de impenſis exorto, quid in victorum condemnatione ſervare debeat, ſcire Iudex poſsit, quod nam eius ſit officium; ne ſi aliter faciat, litem cum maximo ſuo damno faciat ſuam, & parti teneatur ad intereſſe.

*arg. pr. Inſt. de oblig. quæ ex q. contractu naſc. l. 1. & t. tit. D. de pœn. iudicis qui malè iud. &c. l. 15. ff. de Iud. cum ſimilib.*

XXIII.

De FRVCTIBVS, altero videlicet huius diſputationis membro, notandum, eos à ferendo ſeu fruendo dictos *a*, generaliter omnem rei utilitatem & commodum ex quacunq; re proveniens deſignare *b*; Et ob id acceſsionum magis quàm fructuum vicem ſubire *c*. De Fructibus.

a *Don. lib. 10 comm. iur. civ. c. 8. Azo in Aur. ſumm. C. de fructib. & lit. expenſ. VVes. in §. ſi quis à non domino Inſt. de rer. diviſ. nu. 5. & in parat. ad tit. ff. de uſur. fruct. &c. n. ult.* b *l. 9. in pr. l. 59. de uſur. l. 42. de uſu & uſufr. per leg. &c. Et hac ſignificatione fructus etiam in actionem confeſſoriam venire à ICtis dicitur in l. 6.*

 *§. veniunt*

§.veniunt ſi ſervit.vindic.l.videamus 19.in f.de uſur.Hotom.de fructibus fol.mihi 72.Vult.lib.ſing.diſput.c.fin. c l.prædior.36.l.videamus 19.de uſur.l.29.de pet.her.VVeſ.d.l.n.7.Goed.in l.121 de V.S.n.2.

## XXIV.

Proprié *a*, quod ex ipſo rei corpore, eiuſq; uſu & occaſione, ad fruitionem utilitatemque poſsidentis fertur *b* renaſciturum.

a *quæ ſignificatio huc pertinet.* b *l.62.de R.V.l.item ſi.l.arbores.59.de uſuf.l.7.ſol.matr.VVes.d.l.n.7.Goed.& Alciat.in d.l.121.Don.4.comm.c.25.noviſſ.Vult.d.l.*

## XXV.

Vulgaribus triplici ſunt in differentia: Aut enim ſunt naturales, aut induſtriales, aut denique civiles *a*, utut rectius ex Logicorum doctrina diſtribui videantur in naturales & civiles *b*. Naturales fructus ſunt, qui ex ipſo rei corpore proveniunt, Civiles qui occaſione rei percipiuntur *c*.

a *Vid.Accurſ.Bart.& alios,in l.ex diverſo.de R.V.gl.Panor.& Canoniſtas in c.gravis de reſtit.ſpoliat.Konig.in proceſſ.* Von den Früchten. *c.135.* b *Hotom.de fruct.d.fol.72.VVeſ.d.l n.8.Schneid.n.3.Myns.n.7.in § ſi quis à non domino.Inſt.de rer.diviſ.Corras.5.Miſcell.cap.9.n.5.Don.& Vult.dd.ll.* c *quales ſunt penſiones, vecturæ, aliæq; obventiones.l.39.§.1.de legat.1.Oſtenius in tr.de mora.c.3.n.17.*

## XXVI.

Naturales ſunt iterum vel merè naturales *a*, qui per ſe ſua natura naſcuntur, ſine ullo facto hominis, vel induſtriales *b*, qui quidem cooperante natura: Cura tamen potiſsimum hominis & induſtria proveniunt *c*.

a *VVeſenb.d.lo.n.8.Donell.d.c.25.Dn.Borch.in tractatu ſuo feudali c.un.num.95.Covar.3.variar.reſolut.c.3.nu.6.Diſſent.Corras.d.loc.n.5.uſq; ad finem qui fructus quos Dd.induſtriales vocant, naturales, quos civiles induſtriales appellandos eſſe cenſet. Non rectè.* Etſi enim omnes fructus natura procreet. *l.in pecudum §.final.de uſur.* tamen non ſtatim ſequitur omnes

fructus

fructus eſſe naturales, cum ICti ſtudeant ſingula propriis appellationibus deſignare, *arg. §. aliæ autem de donat.* I. b *l. 45. de uſur. VVeſenb. n. 8. d. l. Covar. 1. var. reſol. 3. nu. 6.* An autem fructus hominis magis induſtria quam ipſa Natura proveniant Iudicis eſt diſtinguere, *arg. l. quæritur de ſtatum hom. Covarr. Donell. Vult. dd. locis gloſſ. & Dd. in l. ex diverſo de R. V. Abbas in C. gravis de reſtit. ſpoliat.*

XXVII.

Ad illud genus referunt, poma ex arboribus, lignum ex ſylvis cæduis *a*, nuces, cæraſa, fœnum *b*. &c. Ad hoc, ſegetes in agris, & ſata *c*, vinum, oleum *d*, & quæ ex animalibus percipiuntur, ut ſunt fœtus, lac, pilus lana *e*.

a *d. l. 45. de uſur.* b *l. 31. de V. S. & ibi Goed. num. 5. Dn. Borch. in tract. noviſſimè edito de V. O. n. 101. c. 7. & 8.* c *Donell. d. loco.* d *l. ſi eius 78. de R. V. BR. in l. final. Ad l. Falcid.* e *Accurſ. & VVeſ. in d. §. ſi quis à non domino Inſt. de R. Diviſ. Diſſ. Vult. in alleg. c. ult. & lib. 1. iuriſp. c. 64.*

XXVIII.

Fructus porrò naturales in genere vel ſunt in rerum natura, vel non ſunt *a*. Qui in rerum natura, pendentes ſunt vel ſtantes & percepti *b*, Pendentes ſeu ſtantes ſunt, qui corpori cohærent, ſive qui re adhuc continentur *c*. Percepti, qui à corpore, ex quo provenerunt ſeparati ſunt, neq; dum eo amplius continentur *d*.

a *Vult. d. c. fin.* b *l. 26. §. fin. de furt.* c *Vult. præalleg. loc. Diſſ. VVeſ. Corras dd. locis, dum nimis ſtrictè definiunt fructus pendentes; qui terræ aut ſolo adhuc continentur. per l. 12. §. Iulian. l. 27 de uſuf. l. 44. de R. V. l. 25. §. non ſolum quæ in fraud. cred. &c.* d *l. 78. de R. V. l. 13. quib. mod. uſufr. amitt. Vult. Hotom. VVes. Dn. Borch. in dd. locis.*

XXIX.

Qui in rerum natura non ſunt, vel extiterunt aliquando, vel ſunt futuri *a*, qui iam extiterunt, dicuntur conſumpti, ſive percepti hi ſint, ſive non *b*. Futuri, qui

qui nondum producti aut formati, ſequentibus tamen annis naſcituri ſperantur, veluti fruges annorum ſequentium.

a *Vult. expreſſe d. c. fin. quod alii implicitè tradiderunt* b *d. §. ſi quis à non Domino §. 2. Inſt. de offic. Iudic. l. 4. §. poſt litem fin. regundorum. quib. opponuntur extantes l. 3. C. de condict. ex leg. l. certum C. de rei vendicat.* c *l. quod inter 24. de legat. 1. l. interdum 73. de V. O. §. 7. Inſt. de legat. Oeſt. d. loco n. 19. Dn. Borch. in tract. de V. O. c. 7. & 8. nu. 102.*

XXX.

Et horum alii ſunt aridi, alii liquidi *a*, aridi ſunt, qui ad invicem commixti non confunduntur, ut frumentum, hordeum, triticum, ſiligo, avena & omnia legumina &c. liquidi *b* confunduntur, ut vina, olea &c. alii maturi, alii immaturi *c*, alii veteres alii novi ſeu recẽtes, veteres qui anno præterito ſunt percepti, novi, hornotini etiam appellati *d*, qui hoc anno nati ſunt *e*.

a *Hot. d. l. de fructibus* b *leg. ult. §. ult. de iure Fiſc. l. 1. C. Theodoſ. de ſuſcept. & l. 1. C. Theodoſ. de uſur.* c *l. 7. §. voluntas de adq. rer. domin. §. ſi duorum §. quod ſi frumentum Inſtit. de rer. diviſ. l. ultima § pen. quæ in fraud. credit.* d *Hott. d. lo. l. 7. & ſeq. de tritic. vin. & ole. leg. l. 3. de reb. cred. Hott. in ſæpiſſ. alleg. loco.*

XXXI.

De uſura hoc loco gravis eſt contentio. Num ad Induſtriales referri poſſit & debeat? Id quod contra Corraſium *a* cum Domino Goed. *b* probabiliter negandum exiſtimamus.

a *5. Miſcell. c. 9.* b *in l. uſura 121. per illum textum de V. ſignif.*

XXXII.

Nec de his minor eſt concertatio. Num partus ancillæ in fructu ſint, item num Aucupia, venationes, piſcationes, fructus ſint iiſque annumerentur? Prius indiſtinctè negamus, adeo ut ne partuum quidem partus in fructu eſſe concedamus; Poſterius cum limitatione quadam admittimus, ſi nimirum reditus omnes ex

venatione

venatione conſtent *b*, quo caſu etiam ad fructuarios & vaſallos pertinere aſſerimus *c*.

a *Textus eſt in l.28.§.1.de uſur.§.in pecudum Inſtit.de rerum diviſ.Corraſ.5.Miſcell.c.8.Donell.4.comment.c.24.& 25.& lib 10.c.8.Cuiat.in l.4.§.fructus de uſuc.Hott.d.tract.de fruct.fol.73.l.mulier §.ſed enim ad Treb.l.27.de pet.hered.* b *l.venationem 26.de uſur.Hott.Corras.n.2.3.4.5.loc.prædict.Bruck.de regalib.in §.venatio n.68.cum plurib.quos adducit l.item ſi fundus §.Aucupiorum de uſuf.Chaßin.in conſuet.Burg.rub.13.§.7.* c *Bruck d.loco.*

## XXXIII.

In fructibus autem percipiendis hoc juris obſervatum eſt feré ab omnib. *a*, ut malæ fidei poſſeſſores fructus cuiuscunq; ſint generis, & quos ceperunt aut capere potuerunt, hoc eſt, tam perceptos quàm percipiendos, naturales & induſtriales, conſumptos, extantes, aridos, liquidos, &c. ſuos non faciant, ſed reſtituere cogantur *b*, ſive ſint ex perceptione facti locupletiores ſive non ſint, & ſive titulum habuerint ſive non *c*.

a *Dn.Borch.Myns.VVeſ.Schneid.in § ſi quis à non domino Inſt.de rer.diviſ.Hotto.Vult.dd.locis Coſtal.in l.65.§.in frumento de condict.indeb.* b *l.33.de R.V.l ſi poſſeſſor.52.de petit.hered.l.cum hereditas eo.* c *§.2.Inſt.de O.Iud.l.5.22.C.de R.V.l.40.§.prædo l.25.§.quod.ait l ſi poſſeſſor de petit.hered.l.10.§.per hanc quæ in fraudem Cred.& c.l.2.C.de fruct.& lit.exp.l.1.C.de fid.& iur.haſtæ fiſ.lib.10.Diſſ.Accurſ.in l.ex diverſo de rei vind.per l.5.C.eod.*

## XXXIV.

Poſſeſſores é contra bonæ fidei, omnes omninò fructus, tam naturales, quam induſtriales, aridos, liquidos, &c. locupletiores facti ſint nec ne, ſi iudicia ſingularia ſpectemus *a*, ſuos faciant, lucrantur nec reſtituere coguntur *b*.

a *l.48.de adquir.rer.dom.l.4.§.2.in verbo lucrari in fin.ff.fin.reg.l.41.§.fundum de re iud.d.§.2.Inſt.de O.I.* Bronch. *aſſert.59.centur.2.ἐναντιοφαν.* b In univerſalibus enim expeditum eſt, & abſq; controverſia, ut reſtituant, quatenus ſunt facti locupletiores. *l.25.§.eo.l.40.§.in fi.de pet.hered.l.1* C.

*eod. Fachineus lib. 1. c. 58. controv. Iuris. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. n. 595. Immola in c. gravis de reſtit. ſpoliat. ubi & hanc communem ſententiam dicit Cynus in l. non eſt de R. I. BL. in l. 3. C. de uſur. & fruct. legatorum.*

XXXV.

Hoc tamen eatenus admittitur, quatenus iuſto legitimo & approbato titulo poſsident *a*. Nam ſi ſine, ſaltem pro cultura & cura induſtriales lucrantur non etiam naturales, vt COMM. DD. OP. quæ & in foro ſervatur, docet *c*.

a *arg l. 48. de adquir. rer dom.* b *l. 45. de uſuris* c *Ferrarius in formula libelli realis actionis V. ſimul cum fructus n. 4. 5. Arius Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vend. n. 60. c. 4. Ioh. Oeſten. d. lo. & nu. de Mora. Schn. VVeſ. Hottoman. Vult. locis prædict. BR. in d. l. ex diverſo. & alii communiter ut teſtatur Covar. d. c. 3. n. 6. Fachineus lib. 1. controverſ. iuris c. 57. Diſſ. Donell. & Accurſ. alleg. locis inter naturales & induſtriales diſtinguentes, hos concedentes, non illos.*

XXXVI.

Faciuntq; ſtatim ſuos *a* & iure pleno *b* poſtquam perceperunt *c* nec intereſt percepti ab ipſis poſſeſsoribus ſive ab aliis eorũ nomine *d*, dummodo ut fert communis opinio conſumpti quoq;, adeò ut ne hic quidem requiratur uſucapio, quæ tamen ſine conſumptione neceſſaria *e*. a *l. qui ſcit §. 1. l. in pecudum l. fructus de uſuris.* b *d. l. in pecudum.* c *l. 48. de adq. rer. dom. §. ſi quis à non domino Inſt. de rer. diviſ. d. l. 25. §. 1. de uſuris* d *l. ſi uſusfructus quib. mod. uſusfructus amitt.* e *Hotto. VVeſ. dd. locis Dua. de uſuris C. qui fructus veniant in reſtitut. Cuiac. 7. ad Afr. fol. 327. & alij præſertim Anto. Faber 4. coniect. 17. Diſſent. Donell. lib. 4. comment. 25.*

XXXVII.

Vſufructuarii quoq; fructus quos perceperunt ſuos faciunt omnes *a*: Ad heredes verò num fructus futuros, non dum tamen perceptos transmittant, adfirmationis non adeò facilis eſt? Sunt qui pro ratâ inter Dn. proprietatis & heredes uſufructuarii diſtribuendos æquum putarunt *b*, Quorum opinio cum Legibus è diametro reſiſtat *c*, cum ratione ab eadem recedimus *d*.

a *l. 7. in*

a *l.7.in pr.& §.2.de uſuf.§.in pecudum Inſt. de rerum diviſ.l.28.de uſuris.* b *VVeſ. in §. is verò ad quem Inſtit.de rer. diviſ.n.2.Cuiat.4.feudorum 34.& 24.obſ.21.* c *d.§.is verò & §. finitur Inſt.de uſuf l. uſufructuarius meſſem in princ.quib.mod.uſuf. amitt.l.defunctam de uſufr.l.In ſingulis de annuis leg. Iure Saxonico ſic obſervatur* Das was die Ege beſtrichen / vnd die Hacke bedeckt / folge dem Erben / Landrecht *2.art.58. Schneid. num. 3. d. §. Is verò ad quem Inſtit.de rerum diviſion.* d *Hartman.Piſtor.quæſt.1. cap. 24. vide Dn. Borch. in d. §. & 7.feudo.nu. 95. in ed.poſt.*

XXXVIII.

Multoque magis Vaſalli *a*: Veruntamen iis ſine maſculis heredibus decedentibus, poſtquam feudum ad dominum reverſurum, vetus eſt, & quæſtio difficilis, quo fructus anni pertineant ultimi? Probamus, cum magis communi Dd.ſententia *b*, diſtinctionem relatam in principio C. 1.§. His conſequenter tt. 28.Hic fin.lex. dein. &c.f.2. Eaq; utimur, non ſolum caſu, quo feudum revertitur ad Dominum *c*, ſed & cum agnatus in feudo ſuccedit domino *d*; modo, heredibus ſumtus in ſerendo facti reſtituantur *e*, & fructus ante Septembrem colligantur *f*.

a *arg.C.1.§ fin.ibi uſusfructus verò.tt.23.in quib. ca.feud. amitt.f.2.& cor.qui per t.C.1.§.præterea tt.40.de CC.Corrad.ub. & gl.& Dd.c.1.§.1.de Inv.de R.A.facta tt.8.f.2.utile vaſallo tribuunt dominium: ut ſunt Accurſ.in l.1.C.de iur.Emph.Zas.in epit. feud.part.1.n.3.part.5.n.34.Sonsb.part.3.& part.10.n.3.VVeſ. de feud.c.9.f.176.Iacob.de S.G.ſuper verb.dictiq; vaſalli n.28.& ſuper verb.inveſtivi talem n.10.Hotom.præcipue in diſp.feudd.33. vid.Borch.C.1.de feud.n.13.14.* b *Alvarot.Præpoſ.Baro Schenk. d.tt.28.Sonsb.part.10.n.10.11.Borch.de feud.c.7.nu.95.in 2. mod.feud.adquir.Tiraq.de Ret.conv.§ 5.n.3.Et quos affatim more ſuo, Hartm.Piſtor.à Seuſelitz.ub.idem probat, in qq. Iuris civ. 24. & 5.affert. Diſſ.Cuia.4.feudor 30.Hotom.in d. C.1.§.his conſequenter.f 441.Quid a. iure (* Lehnr.*) Sax.obtineat, declarant VVeſen.in Epit.feud.c.8.f.180.Hartm.Piſt.d.lo.* c *de quo caſu propriè loquitur d.§.His conſequenter.* d *t.in C.1.An agn.vel fil.f.2.tt.45 ib.Alv.& alii.Borch.d.lo.* e *Iſer. Alvar. & Dd. cet. in d.§.his conſeq.Sonsb.d.par.10.n.12.* f *Iſer. Alv.Laud.Sonsb dd.lo.n.11.*

 Hoc

XXXIX.

Hoc autem percipiendi fructus iure utuntur tam diu, quàmdiu in bona fide perſeverant. Ex eo namque tempore, quo malæfidei poſſeſſores facti propter intervenientem malam fidem, nullos amplius fructus ſuos faciunt.

*l.23.§.1.l.40.de adquir.rer.dom.Cuiat.7.ad Afric.fol.328 Goed.pulchrè in l.109.n.9.10.11.12.de V.S.Vult.d c.final.*

XL.

Verum enimverò quando mala fide incipiant poſſidere qui ante b. f. poſſeſſores erant, tam involutum dubium eſt, ut ſine calumnia decidi non poſſe videatur *a*. Nos LL. ἀκριβολογίαν intuentes, ſolam rei alienæ ſcientiam *b*, & ſic multò magis judicialem ſeu litis conteſtationem *c*, malam fidem efficere arbitramur.

a *ut dicit Egninarius Baro in d.§.ſi quis à non domino Inſt. de rer.diviſ.* b *l.23.§.tamdiu de adquir.rer.dom.l.bonæ fidei §.in contrarium l.40.ff.eod.l.20.§.petitum de petit.hered.* c *l.91.§.1.de leg.1.l.certum de rei vind.l.nemo C.de adquir.& retin.poſſeſſ.l.38.de iure fiſci l.ſed & ſi lege §.ſi ante D.de petit.hered.Goed in d.l.109.Cuiat.7.ad Afr.Vult.d.c.final.Covarr.1.var.reſ.c.3.n.7.fol.20.Fachineus lib.1.c.59.controv Iuris.*

XLI.

Fides interim *a*, ex qua poſſeſſores denominantur hoc loco nihil aliud eſt, quàm quoddam judicium quo credimus aliquid *b*, & hinc bona & mala fides ceu contraria opponuntur *c*.

a *Covar.in c.poſſeſſor.§.6.n.1.de R.I.in 6.* b *Goed.in d.l.109.de V.S.per l.ſi uxor 19.de donat.inter vir.& uxorem* Diſſ. *Alc.in d.l.109.*

XLII.

Ideoq; is qui ex iuſta cauſſa ab aliquo credens illum Dominum, aut jus alienandi habere, rem accipit *a*, & ſic nullam rei alienæ ſcientiam habet, rectiſsimè b. f. poſſeſſor definietur *b*.

a *l.109.de V.S.ibidem Goed.l.qui à quolibet de V.S.l.27.de contrah.empt.d.§.ſi quis à non domino Inſt de rer.diviſ.* b *l.3.ad l.Fab.de plag.l.32.§.ſi fur.de uſuc.l.8.pro empt.* Donell.4. Comment.

*meut.c.24.& 5.c.17.Duar.de uſuc.lect.1.fol.mihi 655.& c. 2. in 2.lect.fol.658.*

XLIII.

E contra qui rem accipit ab eo quem ſcit non eſſe Dominum, nec jus alienandi habere, & ſic alienæ rei ſcientiam habet, malæ f. poſſeſſor exiſtimandus eſt *a.* Hunc LL. non rarò prædonis titulo condecorant *b.*

a *d.l.qui à quolibet 27 de contrah.empt.l.ni veniunt §.petitum de petit.hered.l.2.C.eod.l.12.l.32.§.1.de uſuris Goed. Donell.VVeſ.Vult.dd.lo.* b *l.13.de noxal.act.l.11.in fin.cum l.ſeqq. & l.25.§.de eo.cum §. ſeqq. de pet. hered. Dd. in l. nemo prædo 126.de R.I.Dynus in d.c.poſſeßor de R.I.in 6.n. 3.*

XLIV.

Hinc dubitatum de errore juris & facti, fraude, calliditate, dolo carente, num malam fidem inducat? In errore facti coveniunt omnes, eumq: qui ſic poſsidet, bonam fidem habere putant.

*d.l.109.& ibi Goed.de V.S.l.39.de uſuc.l.17.de his quibus vt indign.& c.arg.l.5.de iur.& fact.ignor.VVeſ.in §.ſi quis à non domino Inſt.de rer.div.Dynus in d.c.poſſeſſor. n.39.*

XLV.

Poſsidentem autem Iuris errore, COMM. OP. pro malæ fidei poſſeſſore habendum tradidit *a.* Neotericorum quorundam LL. certé & rationibus deſtituta non eſt, eamq; diſceptando integris omnibus tueri quis poſſet, & nos differendo enitemur *b.*

a *VVeſenb.d.loco n.1.Dynus d.c.poſſeſſor.nu. 30. Innocent. Anchar.Cardin.& Immola.ad C.ad noſtram X̄ de empt. & vendit.* b *quam etiam communem dicit & tenet Covar. d. loc. & c. N. 8.fol.21.tom.1.Faber.in l.126.de R. I. Dn. Goed. in l. 109. per multos textus.*

XLVI.

Minor forté hæſitatio in dubitante, ut quem LL. malam fidem habere perſpicué doceant.

*in l.final.C unde vi & d.l.32.§.1. de uſuc. Diſſent. gloſſa in l.1.C.de adquir.poſſ.*

XLVII.

Ex quibus ita deductis quid ſit reſpectu fructuum Iudicis officium ſponte ſua cedit, nimirū ut condemnet m. f. poſſeſſores ad reſtitutionem omnium fructuum ab

eorum āutem præſtationē abſolvat b. f, poſſeſſores quo uſq; ſunt in bona fide.

*Vide theſin. 30. uſq; ad 37. Colligitur & ex textu §. ſin autem de officio Iudicis & ibidem notatis communiter.*

XLVIII.

Si ſuperveniat malafides reſtituere eos iubeat, quos à litis conteſtatione & poſtquam res evicta eſt perceperunt aut percipere potuerunt.

*Vult. d. c. final. Goed. in l. ſæpè alleg. 109. nu. 11, 12. quem omnino vide de V. S.*

XLIX.

Vſufructuario in vita eius perceptos omnes adjudicet, heredes verò ad reſtituendos totos cogat *a.* In vaſallis teneat diſtinctionem ſupra plurib. relatam *b.*

a *Pernotata in theſ. 36.* b *in th. 38.*

L.

Tandem & fructuum materiam concludendo, hanc neceſſariam συζήτησιν ſubjicimus; An rei petita reſtitutione ſine fructuum poſtulatione Iudex reum in fructus condemnare poſſit? Quod magis videtur *a*, ad quorum reſtitutionem condemnatus etiam dici poteſt, etiamſi nulla ſit in ſententia eorundem facta mentio *b.*

a *per l. reſtituere de V. S. l. 31. de reb. cred. l. 4. de uſurp. & uſuc. Vaud. lib. 1. var. quæſt. 13. Goed. in d. l. num. 15. cum ſeqq. Diſſ. Innocentius in c. gravis X de reſtit. ſpol. Ferrarius in form. libell. real. Act. verbo tot. & tantos fructus in fine Schneid. in §. actionum num. 37. fol. 887. in Inſt. de A.* b *per d. l. reſtituere & rationes quæ affimativam in quæſt. ſuperiori confirmant. Iaſon in §. omnium Inſt. de A. in fine Covarr. 1. var. reſ. c. 3. nu. 1.*

LI.

De Intereſſe.

Intereſſe denique *a* nomen latinum ab in & re compoſitum *b*, præ variis nominibus quibus notatur à ICtis *c* ambiguum *d.* Hoc in loco acceſsionem extrinſecam ob damnum occaſione moræ *e* acceptum lucrumve amiſſum *f* denotat.

a *Quod eſt ultimum huius diſputationis membrum, cuius interpretatio depromenda eſt ex conſtitutione l. unic. C. de ſentent. quæ*

pro

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242040-p0024-6

*pro eo quod intereſt. profer. quæ* adeò difficilis reputatur ut iudicio Forcatuli Dialog. 41. eam Cicero ſi reviviſceret non magis, quàm Thebanam Sphingem intelligeret. b *Corraſ. lib. 1. Miſc. c. 20. Conradus Paulus de uſur. lib. 3. c. 2. Donell. in explicatione d. l. unic. c. 2. n. 2 ibidem Caſparus Caballinus num. 2. Dn. Borch. noviſſimè in tract. ſuo de V. O. c. 7. & 8. num. 126. Diſſ. Alciatus in l. 35. §. penult. de contrab. empt. & in tr. de eo quod intereſt ubi pro intereſſe legit intereſt, motus auctoritate Codicum vulgarium.* c *Nam quandoq; vocant* æſtimationē rei *l. 27. de furt. l. 15. §. hoc interdicto. Quod vi aut clam. l. 15. §. fin. de rei vind. l. 12. ad exhib. Hinc Dyn. & quos allegat in c. mora de reg. iur. in 6.* æſtimationem rei & id quod intereſt, unum & idem dicunt, qui refutantur à Dn. Borch. *d. lo. num. 132. & ſeq. Don. d. c. 3. aliàs* uſuram *in l. 60. pro ſoc. ſæpius* pœnam *l. fin. de eo quod cert. lo. iuncta l. 8. §. fin. eod. l. un. C. hic Borch. d. lo. num. 135. & ſeqq.* d *vid. Ioan. Oeſten. in tr. de mora c. 3. num. 53. Forcat. d. dialog. 31. num. 2. 3.* e *text. eſt in l. 8. Centum Capua. De eo quod certo lo. gl in l. 32. de uſur. Oeſten. d. lo. Ferret. de mora num. 30. c. 1. Quid autem & quotuplex ſit mora, quomodo contrahatur item emendetur traditur à Dd. in tit. de uſur. fruct. & mora. Ex neotericis vid. Donell. qui integrum hac de reſcript. Commentar. Cuiac. ſub tit. de V. O. in var. loc. Dn. Borch. in c. penult. de V. O. Faber 6. coniect. 7. Goedd. in l. 12. §. 1. de V. S.* f *Molin. in inextric. Labyr. num. 29. cap. 1. Caball d. lo. n. 8. cum ſeqq.*

## LII.

Ideoq; definimus utilitatem *a*, quam ex re ipſa, de qua agitur *b*, haberemus, vel aſſequi potiſsemus, ſi damnum non dediſſet *c*, lucrumve nobis adverſarius non intercepiſſet *d*.

a *l. 11. ex emto § fin. de act. emti §. fi. de act. emti. l. quoties 81. §. fin. de V. O. l. 4. § fi. eod. l. 4 §. ult. ad exhib. l. 22. ad l. Aquil.* b *arg. eorum quæ dicuntur in th. 46. & 47.* c *l. 13. rem ratam haberi.* d *Cuiac. in par. C. h. t. & tr. 3. ad Africa. in explicat. l. 8. de eo quod certo lo. item lib. 8. obſ. 31. Borch. d. c. ult. n. 127. cum ſeqq. Guibert. in q. 4. aliter Accurſ. in d. l. un. quem ibid. ſequitur Bart. & comm. LL. teſte Scharff. cons. 96. n. 5. ſect. 2. Schn. in §. fi I. de V. O.*

Donell.

*Donell.c.2.lo.prædict.n.11.Quæ convenit effectu cum illa ut docet Goedd.in l.81.n.4. de V.S.expeditior tamen, cum nullam interpretationem requirat.*

LIII.

Diviſiones varii varias afferunt, COMM. DD. OP. Intereſſe triplex, ſingulare nimirum, commune & conventum tradit *a*, qua tamen reiecta, unius tantum generis eſſe intrepidè concludimus *b*.

a *Dd.in d.l.un & in l.33.ad l. Aquil. & l.63. ad l. Falcid. Schneid.d.lo.n.16.cum ſeqq:* b *Dyn.in c.mora 25.n.6. de R. I. in 6.Dec.in l.24.nu.1.de R.I.Ferrett.d lo.n.16.cum ſeqq. Borch. d.c.pen.n.147.Corras.4.Miſcell.c.1.& 2.Donell.c.3.per tot.Diſſ. in dividendo etiam alii*, qui extrinſecum aliud faciunt, aliud intrinſecum, *quos refutat Caballin.hic n.13.vid. Althus. lib. 2. Iuriſp.Ro.c.33.*

LIV.

Huius jam intereſſe, ſicut & uſurar. *a* non immeritò *b*, modum certum & tolerabilem *c* conſtituit Imp. Iuſtin. *d*.

a *text.in l.26.C.de uſur.ad d.t.Duar.c.3.Donell. Borch. & Molin.ad d.tit.à cuius conſtitut.receſſit totum Romanum imperium in quo quincunces frequentantur Elector Auguſtus in conſtitut ut refert VVeſ.de uſur.in paratit.Carol.V.* In der policey Ordnung/ *ſub tit.* von wucherlichen Contracten/ *Gail.2. obſ.7. ubi etiam id in Camera ſervari notat.* b ne contra æquitatem, à Iudicibus pœnam delicto graviorem ſtatuentibus agatur, *Cuiac. in parat.C.hic.Don.d.lo.c.9.Borch.d.c.penult.& n.* c *unde à iuramento in litem ſeparatur arg.l.4.§.iurare de in lit.iur. ibid. Donell. Duar.in l.64.de iudic.* d *in ſæpè alleg.l.un.C.hic.*

LV.

Et quidem diſtinctionis adhibito moderamine inter caſus certos & incertos: Ita ut in illis id quod intereſt duplum non excedat *a*, in his Iudicis arbitrio & diſcretioni totum & univerſum relinquatur, ut is æſtimet, quanti reverà vel rei vel actoris interſit *b*.

a *d.l.un ibid.Cuiac.Donell.c.5.hic Dn.Borch.d.c.penult.nu. 148.Duar.de uſur.c.3.Fachineus lib.1.c.48.controv.iuris.* b *d.l. unic.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242040-p0026-7

un. Borch.n.167. Nam cum rei incertæ & infinitæ non alia quàm infinita regula ſecundum Ariſtotelem conſtitui poſsit, rectè hoc arbitrio Iudicis commiſit.

LVI.

Enimverò duo hoc loco potiſsimum in controverſiam procedunt, prius, An in æſtimando eo quod intereſt, ut damni, ita & lucri ducenda ſit ratio? Id quod ut aſſeramus & rationum & legum nos movet dignitas.

*d.l un.C.hic l.2.in fin.de eo quod certo lo.l.ſi fundus circa fin. locat.l.13.Rem rat hab.l.22.23.ad l.Aquil.l.28.de damn. infect. l.18.rem rat.hab.Conrad.Paul.d.lib.3.de uſur.c.8.Ferret.ad h.tit. d.n.Coſtal.ad l.2.de condict.furtiv.& l.3.eod.Azo in ſua aurea ſum. n.5.hic Borch.d.c.penult.n.129.164.Donell. d. lo.c. 10. ubi ad contraria reſpondet. Quid autem damnum ſit, cuius conſideratio habetur in hac lege, docet Dn.Goed.in d.l.81.n.2.de V.S.*

LVII.

Poſterius, cum lucrum & damnum conſideretur, an omne lucrum & damnum æſtimetur? Nos omnis utilitatis, ſi modo circa rem conſiſtat, & damni, quod revera inductum probabitur, in computatione eius quod intereſt habendam rationem præcipimus.

*text.in l. ſi ſterilis 21.de act.emti l.29.§.ſi navis vers.idemq; Ad l.Aquil.Donell.c.11.hic Borch.n.165.*

LVIII.

Duplum interim *a*, res eſt & eius æſtimatio ſicq; in duplo ſimplum continetur *b*, & ſimplum illud, quod in obligationem deductum, cuius æſtimatio certa ſit, aut natura, aut conventione partium *c*.

a *Ad caſus æſtimationem reſpicitur in hac materia* b *§.dupli 1.de act.l.non eſt.C.de reſc. vendit. l.43.§. Titius §. fin. cum l. ſeq.de Act.emti.Forcat.dialog.44.num.1.Donell. h.t.c.8.Conrad. Paul.d.lib.3.de uſur.c.3.* c *Donell.d.lo.& c.Borch.n.146.Diſſ. Placentin.hic aliter Accurſ.& Dd.aliter Caballin.d.lo.n.20.Alc.c.5 hic.*

LIX.

Nec refert res diſtracta valeat pluris quàm vendita, Nam nihilominus ſecundum quod dictum eſt emtor & venditor damnandi erunt in id quod intereſt *a*. Pla-

neque hoc verum putamus, non tantum ubi modica, verum etiam ubi enormis & ultra dimidium iuſti pretii læſio intervenit *b*.

a *l. ſi fundo 53. de evict. l. 43. in fin. cùm l. ſeq. de act. emti* Donell. *d. c. 8.* b *Caball. d. lo. n. 71.*

## LX.

Per caſus autem *a* res ſignificantur & themata, de quibus agitur *b*, certoſq; *c*, qui certam quantitatem habeant vel naturam *d*, Incertos è contra qui ne quidem certam naturam aut quantitatem habeant *e*; definit ſacratiſsimus Imp. *f*.

a *quorum meminit d. l. un.* b *Cuia. 9. obſ. 31. & d. lo. C. hic* Borch. *d. l. n.* 148. c *Caball. d. lo. ubi multas diſcrepantes opiniones adducit & refutat.* d *d. l. un. ibid. Cuiac. in parat. Borch. nu.* 147. Donell. *c. 5. hic.* e *Cuiac. hic Borch. n.* 167.

## LXI.

Certa quantitas nihil aliud eſt quàm res principalis conſiſtens in certo, h. e. determinato pondere, numero & menſura *a*, Natura præter quantitatem res in contractum deducta certis ſuis finibus taliter definita ut certã quandam ſpeciem, certamq; æſtimationem, adeoq; certum quoddam totum & integrum efficiat *b*.

a *Donell d. c. 5. Borch. d. c. penult. n.* 147. b *Bart. in d. l. un. Diſſ. Donell. d. lo. ubi res certam naturam habere exiſtimat ſpecies & facta præter quantitatem.*

## LXII.

Huiuſmodi caſus in emtionibus - venditionibus *a*, locationibus - conductionibus *a*, ſocietatibus *c*, & omnibus contractibus *d* contingunt. An & in delictis? in illis quoq; reperiri communis Dd. ſchola probavit: à qua non levibus ſuffultus rationibus diſceſsit Donellus *e*.

a *text. in d. l. un. arg. §. certum* I. *de emt. & vend. l. hæc venditio §. huiusmodi de contrah. emt. l. 1.* C *de rer. permutat.* b *d. l. un. arg. §. 1. I. de locat. & conduct. l. 2. ff. eod. iuncta l. 10. in fi. de acq. poſſeſſ. l. ult. §. ult. ad l. Rhod. de iactu l. quod ſi 28. locati* c *d. l. un. arg. tt.* I. *ff. &* C. *pro ſoc.* d *ſæpiſſ. alleg. l. un. arg. l. 9. certi condi-*

*ctio de*

*ctio de reb. credit. Borch. d. lo. & n.* c *in d. lo. c. 6. arg. l. 21. ad l. Aquil. l. 1. §. non ſolum 41. de vi & vi armat. l. qui vas. 48. de furt. l. inficiando 67. §. 1. eod. Vide Andream Fachineum lib. 1. c. 49. controvers. iuris.*

LXIII.

Incertorum verò caſuum exempla proponuntur in contractibus iis quorum conſiſtit in eo obligatio, ut quid fiat vel non fiat, ut & in mandati, tutelæ, negotiorum geſtorum obligat. *a.* In interdictis omnibus *c*, in maleficiis iis, quæ ex lege Aquilia, damno iniuria dato *c*, furto proficiſcuntur *d.*

a *l. 13. §. ult. de re. iudic. l. ſi pœnam l. quoties quis de V. O. l. ſi per crimen §. mandati ff. mandati l. 1. de tut. & rat. diſtrab. Donel. hic c. 6.* b *Donell. d. lo.* c *l. ait lex ad l. Aquil.* d *d. l. qui vas 48. & l. inficiando §. 1. de furt. Donell. d. lo.*

LXIV.

Sic itaq; intereſſe per omnes contractus tam nominatos, quàm innominatos, & quaſi, ſive in faciendo *a*, ſive in dando *b* conſiſtant, etiam delicta vel q. *c*, nec non in terdicta currit tranſitve *d.*

a *§. ult. l. de V. O. l. ſi pœnam 68. l. quoties 87. d. t. l. ſi quis ab alio 15. §. fin. de re iudic. Coras. 3. Miſc. 3. Donell. d. lo. c. 1.* b *l. ſi fundum 114. de V. O. & ſi quid certo loco dari velint nec datum eſt. l 2. in pr. l. 4. Quod ſi Epheſi de eo quod certo lo.* c *l. ait lex ad l. Aquil. l. 1. §. non ſolum unde vi.* d *Donell. d. c. 1. ad h. t.*

LXV.

Periturq; vel condictione certi *a* vel actione ex ſtipulatu *b.*

a *ſcilicet ſi ſit certum, quod ratione intereſſe poſtulatur, l. 9. ibid. gl. de reb. credit. Ferret. d. lo. num. 32.* b *quando generaliter intereſſe intenditur arg. pr. Inſt. Quibus modis re contrab. oblig. & de Verb. oblig.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242040-p0029-7

## LXVI.

Quod ſi proinde intereſſe petitum, ex eo pendet officium Iudicis, ut in caſibus certis, dupli condemnationem non excedat, in incertis per ſuam ſubtilitatem requirat, ut hoc quod revera damnum inducitur, reddatur, ne ex quibuſdam machinationibus & immodicis perverſionibus, in inextricabiles labyrinthos redigatur in infinitum reducatur, & ita cum ſua impoſſibilitate cadat.

*d.l.un.vid.th.53.*

## LXVII.

Caſu, quo petitum non ſit, æquius Camerales exiſtimarunt propter clauſulam ſalutarem libellis adjici ſolitam, ius & iuſtitiam adminiſtrari ſibi, Iudicem etiamnum adverſarium condemnare poſſe.

*Vt docet Myns.cent.4.obſ.55.*

# FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242040-p0030-9

99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X

TA 7 OL

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242040-p0031-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242040-p0032-0

DISPVTATIONVM PROCESSVS IVDICIARII

NONA [redacted]

# DE EXPENSIS FRVCTIBVS ET INTERESSE.

QVAM

*Ex Iure Civ. Cano. Feudal. Saxo. Ordin. Cam. Imp. ac optimis quibusq́; Practicis deſumptam,*

ET

Divini Numinis aurâ clementer aſpirante,

SVB PATROCINIO

*Nobiliſſimi, Ampliſſimi viri,*

Dn. ARNOLDI DE REYGER IC. CELEBERRIMI, ET IN FLORENTISſimâ Salanâ P. P. P.

*Publicè à ſe propoſitam, defendere adnitetur*

PAVLVS RICHELMIVS GOTTINGENSIS SAXO.

IENÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO CIↃ IↃ XCV.